

2431.

1323 d. 1 Dec.

Aspali.

ESKIL ANDERSSON upplåter genom köp och byte sin gård i Fyaby till Ärkebiskop Olof och gifver fasta derå på Ulleråkers thing.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. ESKILLUS ANDRISSON. salutem in domino sempiternam. Tenore presencium recognosco me dimisisse, nomine meo, et heredum meorum, venerabili patri. Domino Olano archiepiscopo vpsalensi, et eius successoribus, curiam meam in fyaby, tytulo vendicionis et permutacionis videlicet duas Marchas terre cum sedecim solidis, cum omnibus domibus, agris, pratis, pascuis, aquis, nemoribus, ac attinencijs et iuribus quibuscumque, ad dictas duas Marchas terre cum XVI. solidis in fyaby, spectantibus, infra sepes et extra, omni penitus excepcione remota, et infra limites dictos raa et rør sicut stirbernus thorstensson, eadem bona, habuit, tenuit et possedit. Promitto insuper per presentes, ipsi domino Archiepiscopo et eius successoribus cauere firmiter de euictione predictorum prediorum contra omnem hominem et sibi eadem appropriando defendere contra impeticionem cuiuslibet in futurum. In cuius facti euidentiam dati fuerunt et adhibiti testes seu firmarij secundum leges patrie, infrascripti. videlicet, Mathias de Ladhuby. Ingimundus ibidem. Ingimundus et laurencius ibidem. Thorwastus de kyrlingi. Anundus de finzsta. Nicolaus ibidem. Asto in skulla. Jerundus de kløkistum. Olauus ibidem. Petrus de Lydhistum. Hildemarus de floastum. Boto de bergby. Olauus ibidem. Haquinus de broby. suno de gismustum. Olauus de ladhuby. Laurencius de akerby. Nicolaus de skullæ. bouo de aby. Nicolaus de wllabolstadh. ketilbernus de stabby. fastbernus de ladhuby et gunnarus de skeggiastum. In cuius rei testimonium. sigillum meum, vnacum sigillis, nobilis viri, domini Mathie ketilmundason, ac discreti viri. styrberni thorstensson, et ville vpsalensis. presentibus est appensum. Datum apud pretorium prouinciale wllaraker, in loco dicto Aspali, Anno domini. M^o. CCC^o. XXIII^o. in crastino beati Andree Apostoli.

Sigillen bortfallna; remsorna kvar.

2432.

1323 d. 1 Dec.

ESKIL ANDERSSON lofvar att de 11 öreländ i Kellberga i Alunda socken i Upland, som han tillbytt sig af Ärkebiskop Olof, skola honom återlemnas genom köp eller byte, antingen på engång eller styckevis.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Vniuersis presentes litteras inspecturis ESKILLUS ANDRISSON, salutem in domino sempiternam Notum facio per presentes, quod ego firmiter promitto